



## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis  
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis  
Eivsdem In tres Tomos distinctis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

4. Vtrum habuerit aliquam scientiam acquisitam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

Circa probationem conclusionis, dubium occurrit, quia ratio allata procedit de potentia naturali intellectus possibilis, quae per se habet ad perfectionem naturalem, qualis est in scientia de qua loquitur Aristoteles. Hoc autem dixerim, quia anima habet duplicem scientiam naturalem: alteram secundum statum coniunctionis ad corpus, de qua locutus est Aristoteles. alteram secundum statum separationis a corpore, quam non novit Aristoteles. Praesens autem tam ratio, quam conclusio non ardetur ad actum commensuratum naturae intellectus possibilis secundum statum, vel illum statum, sed in communi indistincteque de potentia intellectus possibilis humani ad actum sibi commensuratum loquitur, quem esse species intelligibiles ex eo, quod in isto apparetur, ex auctoritate Aristotelis probat.

SED CONTRA est, quod dicitur Col. 2. quod in Christo sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae absconditi.

RESPON. Dicendum, quod sicut dictum est, et decebat ut natura humana assumpta a verbo Dei imperfecta non esset. Omne autem quod est in potentia, est imperfectum, nisi reducat ad actum. Intellectus autem possibilis humanus est in potentia ad omnia intelligibilia. Reducitur autem in actu per species intelligibiles, quae sunt quaedam formae completivae ipsius, ut patet ex his, quae dicuntur in 3. de Anima. Et ideo oportet in Christo ponere scientiam inditam, in quantum per eum verbum Dei, animae Christi sibi personaliter unitae, impressae sunt species intelligibiles ad omnia, ad quae intellectus possibilis est in potentia. Sicut etiam per verbum Dei impressae sunt species intelligibiles menti angelicae in principio creationis rerum, ut patet per Augustinum 2. super Genesim ad litteram. Et ideo sicut in Angelis secundum eundem Augustinum ponitur duplex cognitio (una scilicet matutina, per quam cognoscunt res in verbo, & alia vespertina, per quam cognoscunt res in propria natura per species sibi inditas) ita praeter scientiam divinam increata tam est in Christo secundum eum animam scientia beata, qua cognoscit verbum & res in verbo & scientia infusa, siue indita, per quam cognoscit res in propria natura per species intelligibiles humanae menti proportionatas.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod visio imperfecta fidei, in sui ratione includit oppositum manifestae visionis, eo quod de ratione fidei est, ut sit de non visis, ut in secunda parte dictum est: sed cognitio, quae est per species inditas non includit aliquid oppositum cognitioni beatae. Et ideo non est eadem ratio utrobi que.

AD II. Dicendum, quod dispositio actus commensuratos sibi, ut per hoc habeatur intentum, quod sicut in esse naturali esset imperfectus intellectus, nisi esset reductus in actum commensuratum sibi (scilicet scientiam per species, quantumcumque illam seiat in verbo actu omnino superexcedente omnem facultatem naturae) ita in esse ecclesiastico esset imperfectus, nisi non esset omnia per actus commensuratos sibi, quantumcumque eadem non esset in verbo. Consonat ergo ratio conclusionis, & probat eam, siue ista scientia infusa cum suis speciebus, sit alterius, siue eiusdem rationis cum

illa, de qua loquitur Aristoteles, quoniam, ut patet ex dictis, non ardetur ad naturalem scientiam, & multo minus ad talem modum naturalitatis, qualis est in scientia de qua loquitur Aristoteles. Hoc autem dixerim, quia anima habet duplicem scientiam naturalem: alteram secundum statum coniunctionis ad corpus, de qua locutus est Aristoteles. alteram secundum statum separationis a corpore, quam non novit Aristoteles. Praesens autem tam ratio, quam conclusio non ardetur ad actum commensuratum naturae intellectus possibilis secundum statum, vel illum statum, sed in communi indistincteque de potentia intellectus possibilis humani ad actum sibi commensuratum loquitur, quem esse species intelligibiles ex eo, quod in isto apparetur, ex auctoritate Aristotelis probat.

AD TERTIVM dicendum, quod cognitio beata non fit per species, quae sit similitudo divinae essentiae, vel eorum, quae in divina essentia cognoscuntur, ut patet ex his, quae in Prima parte dicta sunt, sed talis cognitio est ipsius divinae essentiae immediata per hoc, quod ipsa essentia divina unitur menti beatae, sicut intelligibile intelligenti, quae quidem essentia divina est forma excedens proportionem cuiuslibet creaturae. Unde nihil prohibet, quin cum hac forma superexcedente, simul insint rationali menti species intelligibiles proportionatae suae naturae.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod in Christo non fuerit aliqua scientia experimentalis acquisita. Quicquid enim

In responsione ad 3. eiusdem articuli, nota, quod qualiter species infusa sunt humanae menti commensurate inferius patebit: qualiter autem divina essentia sit species superexcedens, clarum est.

Super quaest. nona articulum quartum.

In titulo adverte, quod aliud sonat, & alio tendit. Nam sonat scientiam experimentalem acquisitam, quae communiter se habet ad actuale experientiam, quam quis acquirere potest, vel ad habituale scientiam, intellectui ex experientia acquisita, Tercia Thomae. G 3 tendit

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Christus habuerit aliquam scientiam acquisitam.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod in Christo non fuerit aliqua scientia experimentalis acquisita. Quicquid enim

In responsione ad 3. eiusdem articuli, nota, quod qualiter species infusa sunt humanae menti commensurate inferius patebit: qualiter autem divina essentia sit species superexcedens, clarum est.

Super quaest. nona articulum quartum.

In titulo adverte, quod aliud sonat, & alio tendit. Nam sonat scientiam experimentalem acquisitam, quae communiter se habet ad actuale experientiam, quam quis acquirere potest, vel ad habituale scientiam, intellectui ex experientia acquisita, Tercia Thomae. G 3 tendit

Ar. 1. huius q.

li. 1. re. 11. & 38. re. 1.

li. 1. de. 10. 1.

li. 1. de. 10. 1. de. 10. 1. de. 10. 1.

li. 1. de. 10. 1.

D. 435.

p. p. q. 12. ar. 11. 2.

Isra. q. 12. ar. 12. & q. 15. ar. 8. & op. 3. c. 25. & 3. dist. 14. ar. 3. q. 5. ad 3. & dist. 8. ar. 3. ad 5. & uerit. q. 10. ar. 1. ad 1.

tendit autem ad perfectionem huius secundi membri, quia de hoc tantum est difficultas.

In corpore articuli est unica conclusio responsiva quaesito, In Christo est scientia acquisita. Probatur dupliciter. primo, Nihil eorum, quae Deus in humana natura plantavit, defuit humanitati assumptae a verbo Dei, ergo in anima Christi fuit non solum intellectus possibilis, sed etiam intellectus agens, ergo non fuit in Christo intellectus agens frustra, ergo habuit propriam operationem, ergo in Christo fuerunt alicuae species intelligibiles, per actionem intellectus agentis in intellectu eius possibili receptae, ergo in ipso fuit scientia acquisita. Prima consequentia probatur, quia in humana natura Deus plantavit non solum intellectum possibilem, sed etiam intellectum agentem. Secunda vero, quia Deus & natura in aliis nihil faciunt frustra, ex primo Casu. Tertia autem, quia frustra est quod non habet propriam operationem, probatur, quia omnis res est propter propriam operationem, ex 2. Casu. Quarta deinceps, quia propria operatio intellectus agentis est facere species intelligibiles in actu abstractendo eas aphantasmibus. Quinta demum, quia hoc est esse in Christo scientiam acquisitam, quam quidam experimentalem nominant. Secundo probatur conclusio connaturalitate talis scientiae, seu modi sciendi ad naturam humanam. Et consistit vis rationis in hoc, ex quo in Christo ponitur scientia connaturalis soli Deo, scilicet beata, & scientia connaturalis angelis, scilicet infusa, consequens est, ut ponatur in illo scientia connaturalis undique naturae humanae, scilicet scientia acquisita, quae est connaturalis homini ex parte agentis & patientis, ac per hoc scientia proprie est secundum humanum modum, & totaliter humana.

In hoc processu duo occurrunt dubia. Primum circa illam propositionem, Frustra est quod caret propria operatione, potest enim habere duplicem sensum, vel quod intelligitur de genere vel specie, vel quod intelligitur de quolibet individuo. Nam si in primo intelligitur sensu, vera est: frustra enim esset potens operari natura aliqua generica, vel specifica, si secundum totam latitudinem generis, vel speciei careret propria operatione: sed in hoc sensu non inferitur conclusionem literam, quae de uno individuo humanitatis Christi est. Si autem in secundo sensu intelligitur, tunc est sensus, quod frustra est potentia quae in quolibet individuo suo caret propria operatione. Et sic est quidem ad propositum, sed est falsa, inquit Scotus in tertia questione, decime quartae distinctae. 3. Sententia, quoniam stat, quod potentia in aliquo praevenerit ab alio superiore agente, & propterea careat propria operatione, & ipsa non est frustra, quia est ad inregritatem perfectionemque naturae. Afferuntque instantias in beatis, in quibus est intellectus agens, & sic possent acquirere scientiam. Et similiter est potentia augmentativa, & sic possent augeri &c.

Secundum dubium est circa eandem propositionem iunctam minori, quoniam aut est sermo de omni operatione alicuius, ita quod si sensus sit, Frustra est quod caret omni propria operatione. Et tunc minor est falsa, scilicet quod omnis propria operatio intellectus agentis est facere species intelligibiles in actu, cum praeter hanc operationem habeat alias sibi proprias operationes, scilicet facere evidentiam propositionum per se notarum, & mediante ista evidentia facere evidentiam omnium, quae per prima principia cognoscuntur. Si vero non est sermo de omni propria operatione, sed de quacumque, propria tamen (ita quod sensus sit, Frustra est quod caret aliqua operatione sibi propria) tunc esset ad propositum: sed est falsa, quia non est frustra quod caret una propria operatione, & habet aliam propriam operationem: esset enim propter illam, quam habet, operationem: sicut mutus non frustra habet os & linguam, quia quamvis non habeat locutionem, habet ta-

men aliam operationem, puta sumere & discernere alimentum.

In eodem corpore circa conclusionem principalem, occurrunt primo obiectiones Scoti in loco allegato deinde Durandi ibidem. Et Scotus quidem arguit dupliciter, primo ex dictis (ut ipse ait) opinantis, scilicet Auctoris: secundo contra conclusionem in se. Sed quoniam omnes obiectiones eius consistunt in hoc, quod scientia infusa, & acquisita sunt eundem rationis, aut distinguntur sicut materia & aespertina, aut secundum originem (quia una a Deo, altera ab intellectu agente apud nos, sicut homo generatus & homo creatus) quorum nullum Auctor etiam somniavit, ut expressit in hoc eodem articulo respondendo ad tertium docet, ideo omissas censuit.

Durandus vero probat probabiliter esse scientiam infusam & acquisitam esse unius rationis, quia oculi nati, & oculi restituti, vel dati a Deo, sunt unius rationis. Probareque nititur indignum esse Christo quod acquireret scientiam a sensibilibus, sicut non decuit ipsum discernere ab homine, quia acquiescent hac duo, quum homo docens non se habeat nisi ut proponens obiectum.

Ad horum evidentiam scito quod scientiam esse & vocari infusam, contingit dupliciter, hoc est per se, vel per accidens. Scientia est, & vocatur infusa per se, cuius naturalis generatio est infusio, qualis est scientia angelorum, per accidens autem infusa est, cui accidit quod habita sit per infusionem, ut scientia Adepti. Scientia autem acquisita non nisi per se invenitur, cuius scilicet naturalis generatio est acquisitio, quoniam non potest scientia ex suo genere infusa acquiri, sicut contra potest scientia ex suo genere acquisita infundi, quia agens superior potest praevenerit inferiori causam, inferiori autem agens non potest superioris ordinis effectum producere. Unde scientia, quae nata est haberi per lumen intellectus agentis, siue habeatur per acquisitionem, siue per infusionem, est, & vocatur, per se loquendo, scientia acquisita, quia ex suo genere est scientia acquisita. Et propterea scientia naturalium quam habuit Adam, fuit scientia acquisita ex suo genere, & per se, quamvis ipse non acquireret illam, sed fuerit sibi a Deo infusa: scientia autem infusa in Christo conclusa, in praecedenti articulo est infusa ex suo genere, & non est sicut Ada scientia, sed sicut scientia angelica, ut in hoc articulo dicitur.

Intellige igitur hunc titulum de scientia tam infusa, quam acquisita ex suo genere, seu per se, & non per accidens ab actu infusionis, vel actualis acquisitionis, & tunc lucebit altitudo veritatis huius literae tam male intellectae. Noli ergo proponere ante mentis oculos, Christum velut Adam plenum scientie acquisibilis ex suo genere: sed infusa per accidens, quia si sic Christum imaginatus fueris, processus literae corruet: & tamen sic est imaginatus Christus a non intelligentibus hanc literam, & obicientibus.

Neque enim in Adam frustra fuit intellectus agens: sicut nec potentia augmentativa, sed imaginare Christum plenum scientiam infusa ex suo genere, & sicut tabulam rasam, quo ad scientiam acquisitam ex suo genere, & tunc processu literae utere, dicendo, quod si in Christo non esset scientia acquisita ex suo genere (dico autem, non esset omnino scilicet nec per se, nec per accidens, hoc est neque per acquisitionem, quae est per se generatio eius, nec per infusionem quae est per accidens generatio eius) si inquam in Christo non esset omnino scientia acquisita, intellectus agens esset in ipso frustra, quia nihil esset impediens, aut tollens quovis modo operationem eius, & tamen non posset habere operationem suam. In Adam siquidem caruit operatione sua principali, quia non erat ibi patiens dispositum ad recipiendum, quia erat iam in actu ab alio agente reductum, nec erat amplius in potentia ad recipiendum intelligibilia ab intellectu agente, sicut potentia augmentativa non poterat augere, quia corpus eius iam erat actu perfectum in quantitate naturali.

Ad hoc non est scientia acquisita ex suo genere, & non est sicut Ada scientia, sed sicut scientia angelica, ut in hoc articulo dicitur.

Intellige igitur hunc titulum de scientia tam infusa, quam acquisita ex suo genere, seu per se, & non per accidens ab actu infusionis, vel actualis acquisitionis, & tunc lucebit altitudo veritatis huius literae tam male intellectae. Noli ergo proponere ante mentis oculos, Christum velut Adam plenum scientie acquisibilis ex suo genere: sed infusa per accidens, quia si sic Christum imaginatus fueris, processus literae corruet: & tamen sic est imaginatus Christus a non intelligentibus hanc literam, & obicientibus.

Neque enim in Adam frustra fuit intellectus agens: sicut nec potentia augmentativa, sed imaginare Christum plenum scientiam infusa ex suo genere, & sicut tabulam rasam, quo ad scientiam acquisitam ex suo genere, & tunc processu literae utere, dicendo, quod si in Christo non esset scientia acquisita ex suo genere (dico autem, non esset omnino scilicet nec per se, nec per accidens, hoc est neque per acquisitionem, quae est per se generatio eius, nec per infusionem quae est per accidens generatio eius) si inquam in Christo non esset omnino scientia acquisita, intellectus agens esset in ipso frustra, quia nihil esset impediens, aut tollens quovis modo operationem eius, & tamen non posset habere operationem suam. In Adam siquidem caruit operatione sua principali, quia non erat ibi patiens dispositum ad recipiendum, quia erat iam in actu ab alio agente reductum, nec erat amplius in potentia ad recipiendum intelligibilia ab intellectu agente, sicut potentia augmentativa non poterat augere, quia corpus eius iam erat actu perfectum in quantitate naturali.

Ad

Ar. praeced.

li. 1. de re. 3. li. 2. de re. 17. li. 3. de re. 23. Ar. 1. & q. 1.

¶ Ad primum igitur dubium dicitur, quod propositio illa, frustra est quod caret propria operatione, non est arcanda ad genus, speciem, ad individuum quo dicitur, vel aliquo: sed absolute sumenda est.

Et sane debet intelligi, scilicet subintellectis conditionibus generalibus, quae quum de operibus est sermo, subintelliguntur, scilicet, quando, ubi, & in quo, &c. debet operari, ita quod scilicet est quod frustra est quod caret operatione, quando debet illam habere. Et sic propositio ista efficaciter in litera probatur, ex hoc quod unquodque est propter suam operationem: frustra siquidem est, quod finem suum non assequitur, quando debet, & per hoc facit omnibus intantibus. Nam status beatus habet, ut tunc non debeat abstrahere intellectus agens, quia homo est in termino. Et Adam fuit suppositum, in quo intellectus agens non debebat abstrahere species, quia in intellectu possibilis plenus erat acquisita scientia.

Et similiter potentia augmentativa non fuit frustra, quia caruit quidem operatione, sed non quando, & in quo debuit operari, quoniam constat, quod operatio eius debet esse in subiecto imperfecto secundum quantitatem, & in statu augmenti, quorum nullum locum habuit in Adam creato perfecto, secundum quantitatem naturalem. Stat ergo solida prima litera propositio.

¶ Ad secundum dubium dicitur, quod non refert, utro modo propositio intelligatur, quia unius potentiae non est nisi una operatio propria principalis, quae se habet ad ipsam ut finis, cuius privatione dicitur frustra, quia potentia naturalis determinata est ad unum, & rationalis alterum contrarium principaliter respicit.

Et rursus omnis potentia natura quaedam est, & propterea una est cuiusque principalis operatio, fundans reliquas ordine quodam. Ad litteram tamen Auctor loquitur de operatione principalis, quae est finis.

Et multo minus refert quous modo sumatur in proposito, quia si in Christo non est scientia ex suo genere acquisita, intellectus agens esset frustra, quia careret operatione principali, quae est finis, & hoc intendit Auctor, ut patet in articulo secundo quaestio, duodecime. Et nihilominus sequi videtur, quod esset omnino frustra in ipso, quia careret & principali operatione, quae est facere species intelligibiles, & secundaria, quae est facere euidetiam primarum propositionum immediate, & mediante illa facere aliorum euidetiam: quoniam tam cognitio primorum principiorum, quam reliquorum ex illis ad scientiam acquisitam ex suo genere spectat, quam supponimus in Christo non esse: sed infusam ex suo genere tantum. Quocirca si in Christo supponeretur scientia ex suo genere acquisita, per infusionem habita (sicut ponitur in Adam) intellectus agens non careret omni operatione, sibi propria, sed prima tantum, scilicet abstractione specierum intelligibilium, scilicet namque, sicut de facto in Adam fecit, euidetiam primarum propositionum immediate & aliarum medianter illa.

Nam eodem lumine fuerunt per se nota ad prima principia & conclusiones per principia quomodo sunt euidetia nobis, quous nos acquiramus nostra actione species, & studio nostro conclusiones. Ille autem per infusionem habuit quicquid nos acquirimus, sub illo tamen lumine quo acquirere nos possumus. Sed quia in Christo supponitur non esse quous modo scientiam ex suo genere acquisitam, sed ex suo genere infusam, quae est supra lumen intellectus agens, ideo omnino frustra poneretur, potest abque omni sua propria operatione intellectus agens in Christo. Et ita omnino solida & inconcussa propositio littera iuncta etiam subsumptis. Et haec intelligitur quantum est ex parte sui hoc est intellectus agens, quoniam ex libertate animae Christi

A potuisset cooperari ad illustrandum phantasmata ministrantia scientia infusa, quando placuisset uti scientia illa, convertendo se ad phantasmata, similiter ad intellectionem multorum intelligibilium.

¶ Ad obiecta Scoti contra conclusionem ipsam, iam incipit patere quod in responsione ad tertium amplius explanabit. Nam secundum Auctorem scientia infusa ex suo genere, seu per se, & scientia acquisita ex suo genere, seu per se, sunt diversarum rationum. Et licet differant penes origines & agentia diversarum rationum, non tamen differunt tantum penes origines & agentia, sed penes formalia obiecta, ac per hoc per intrinsecas differentias, ut patebit. Et ideo ridiculum est obicere, quod differunt, sicut homo natus & homo creatus, aut sicut oculi caeci nati, miraculose illuminati, & oculi aliorum. Haec enim vera sunt de scientia acquisita, & scientia per accidens

quod est omnia facere. Sic igitur necesse est dicere quod in Christo fuerint aliqua species intelligibiles, per actionem intellectus agentis in intellectu possibilis eius receptae, quod est esse in ipso scientiam acquisitam, quam quidam experimentalem nominant.

Et ideo quamvis aliter alibi scripserim, \* dicendum est, in Christo fuisse scientiam acquisitam, quae proprie est scientia secundum modum humanum, non solum ex parte subiecti recipientis, sed etiam ex parte causae agentis: Nam talis scientia ponitur in Christo secundum lumen intellectus agentis, quod est animae humanae connaturale.

Scientia autem infusa attribuitur animae humanae secundum lumen desuper infusum, qui mo-

C infusa, ut fuit scientia Ade, quae ex suo genere erat eiusdem rationis cum nostra, non autem de scientia ex suo genere infusa, quoniam haec altioris ordinis ex intrinseco est, & ideo non potest acquiri, & exigit infusionem. Et de hac Auctor affert sermonibus formalibus, & per se loquitur in hac littera, isti autem ad per accidens declinarunt, dum ad scientiam cui fieri accidit, quod fit infusio, diuerterunt.

¶ Unde patet Durandi suppositionem, non a probabilitate, sed a possibilitate alienam esse, loquendo per se: sed ipse loquitur de infusa per accidens, & credit se opponere contra hanc litteram, a qua requirunt, quia littera loquitur de per se acquisita & per se infusa, sciens quod ea quae sunt per accidens, relinquuntur ab arte. Ad rationem autem Durandi ex dignitate Christi, respondetur quod non eadem est ratio acceptionis scientiae a rebus & a doctore, quoniam res causant scientiam, quasi ut instrumenta Dei, qui fecit illas, ut exemplares a sua sapientia, iuxta illud Ecclesiasticum, primo. Effudit sapientiam super omnia opera sua. Doctorem vero licet se habeat ut proponens obiectum, non tamen se habeat sic tantum, sed principaliter se habet ut proponens conceptiones suas per voces, quae sunt signa eorum, quae sunt in anima, & ordinando ac subordinando has conceptiones illis, & deducendo has ex illis, ut experimur quotidie, quod in ignem erat Christo domino, qui unus est magister totius generis humani. Et habes haec responsionem inferius quaestione duodecima articulo tertio ad secundum.

D ¶ In eodem articulo 4. in responsionibus ad secundum & tertium perspicere facile potes, quae diximus esse vera de intentione Auctoris. Nam in responsionibus his habes tres differentias per se inter habitum infusum & acquisitum. Prima est secundum causas efficientes, quia infusa a superiori, acquisita ab inferiori. Secunda sequens ad istam, secundum origines, scilicet infusionem & acquisitionem. Tertia est secundum obiecta, quia acquisita est commensurata & proportionata phantasmati, quod se habet ad intellectum, ut color ad usum (ut dicitur in 3. de Anima) infusa autem est superexcedens proportionem phantasmatum. Et haec est differentia intrinseca & essentialis, propter quam ista scientia sunt diversarum rationum.

E ¶ Et quum haec ultima differentia clarissime habeatur in littera, mirum est quo modo Scotus ausus est imponere Auctori oppositum. Et debes scire novit, quod scientiam esse commensuratam phantasmati, nihil aliud est, quam esse proportionatam & adaequatam obiecto, ut relucet in phantasmatis, qualis est scientia humana, & fuit scientia Ade. Et per oppositum scientiam excedere commensurationem phantasmatum, est illam esse proportionatam obiecto excellentiori, & excellentiori modo, quam sit obiectum phantasmabile. Et haec inferius clara erunt, quum de

Tertia S. Thomae. G 4 utraque

D. 1218.

3. Sent. dist. 49. 2. art. 1.

Hi. de Cael. re. 35. & 115. re. 3. 2. nom. 11. 2. de Caelo re. 17. 10. 2. li. 3. de An. re. 38. 10. 2.

Ar. 1. h. & 9. p.

veraque scientia tractabitur, & dicitur quod scientia acquisita habet pro obiecto quod quid abstrahens a singularibus, & non omne quod quid est, sed sensibilem rerum tantum. Et ideo illa scientia non se extendit ad singularia, nec substantias separatas, sicut nec nostra scientia ad haec se extendit. Scientia autem infusa, ex suo genere est, sicut angelica scientia, habens quidditatem pro obiecto, non abstrahentem, sed concretam singularibus, ita quod extendit se ad essentialia & omnia illius tunc accidentia &c. ut patet in 1. lib. Et similiter habet pro obiecto quidditatem non solum rerum sensibilem, sed etiam intellectualium, circa actum purum, qui soli sibi ipsi est quidditativus notus, & beatus ut sic, ut ibidem monstratum est. Concluditur ergo, sicut in communi loquendo, habitus per se infusi & habitus per se acquisibiles sunt diversarum rationum intrinsecus & essentialiter ( ut patet de charitate, fide, spe, & virtutibus intellectualibus & moralibus ) ita in speciali de scientia dicendum est, quod scientia per se infusa, seu ex suo genere, & per se, seu ex suo genere acquisibilis, sunt diversarum rationum.

p. p. q. 1. 2. 4.

Li. 1. c. 4. inf. 10. 5.

Ad PRIMVM ergo dicendum, quod cum duplex sit modus acquirendi scientiam, scilicet inveniendum, & addiscendum, & addiscendum, modus qui est per inventionem, est praecipuus; modus autem, qui est per disciplinam, est secundarius. Unde dicitur in primo Ethico. \* Ille quidem est optimus, qui omnia per se ipsum intelligit, bonus autem rursus est ille, qui bene dicenti obedit. Et ideo Christo magis competeat habere scientiam acquisitam per inventionem, quam per disciplinam, praesertim cum ipse daretur a Deo omnibus in doctorem, secundum illud Ioh. 2. Latramini in domino Deo vestro, quia dedit vobis doctorem iustitiae.

AD SECUNDVM dicendum, quod humana mens duplicem habet respectum. Vnum quidem ad superio-

Ad obiectionem autem primam dicitur, quod actus melior est potentia, ceteris paribus, in proposito autem cetera non sunt paria, nam esset motus ab alio, ubi nunc ponitur movere seipsum & carere connaturali & per se modo generationis talis scientiae, ut patet ex dictis, quae praeponderant illi praeventioni actualis scientiae. Ad confirmationem dicitur, quod non est similis ratio, quia Adam creatus est ut principium naturae humanae in naturalibus, tam secundum corpus, quam secundum animam, & quia perfecta sunt, secundum naturae ordinem priora imperfectis: ut duodecimo Metaphysicae Aristoteli dicitur: ideo Adam sicut secundum corpus creatus est perfectus in quantitate, ita & secundum animam creatus est perfectus in scientia. Christus autem non est productus ut principium hominum in esse naturae, nec in naturalibus pro hoc statu, sed ut doctor mysteriorum Dei, & regni caelestis, in cuius signum productus est secundum corpus quantitate imperfectus, & similiter secundum animam in pura potentia, quod ad scientiam naturaliter acquisibilem. Et sicut creuit

AD TERTIVM Dicendum, quod alia ratio est de habitu acquisito, & de habitu infuso. Nam habitus scientiae acquiritur per comparationem humanae mentis ad phantasmata, unde secundum eandem rationem non potest alius habitus iterato acquiri: sed habitus scientiae infusa est a alterius rationis, utpote, a superiori descendens in animam, non secundum proportionem phantasmatum. Et ideo non est eadem ratio de utroque habitu.

etate, & vere augmentum corporale habuit, ita creuit sapientia. simul enim Evangelista haec dicit. Nec docuit mathematicam aut Astrologiam, & huiusmodi, sed arcanum Trinitatis, & vias ac secreta regni caelorum.

Ad obiectionem contra litteram dicitur, quod licet illa ratio, quod intellectus agens esset frustra, si absolute sumatur, non concludat utrumque scilicet scientiam talem ex suo genere acquisibilem, & viam talem, scilicet per acquisitionem ( ut instantia de Adam manifestat ) contra tamen sumpta, hoc est in Christo, infert utrumque. Nam in Christo supponitur, nullam esse per accidens productam scientiam, sed omnem in illo scientiam esse cum suo proportionato naturaliter modo, tam in se quam in origine: decet enim Christum perfectionem omnem suae animae per se habere, & non per accidens. In Christo igitur in quo omnis suae animae conveniens perfectio per se ponenda est, frustra poneretur intellectus agens, si in eo non esset scientia acquisita, & per acquisitionem, quia careret propria principali operatione, scilicet causatione specierum intelligibilium in illo, in quo debet talem operationem habere, hoc est in Christo viatore, quem decet scientia acquisitam habere, & modo humano habere. Unde in littera ad explicandam plene probationem conclusionis, subiungitur connaturalitas cuiusque scientiae inveniunt in Christo, scilicet quod beata est Deo connaturalis, infusa angelo acquisita homini. Et est sermo non solum de ipsa scientia, sed de modo habendi ipsam, ut patet in littera, tamquam si diceret, quod quia Christum decet habere humanam scientiam more humano, est secundum animam subiectum in quo intellectus uterque debet habere propriam operationem more humano. Ac per hoc optime dictum est, quod frustra, utpote carens propria operatione principali, quando & in quo debet esse intellectus agens, nisi causaret scientiam in Christo humanam. Nec obstat instantia de Adam scientia, quia illum, utpote principium naturae humanae, decebat esse ab initio perfectum, & scientia ex sua genere acquisita, quae absolute quidem sortitur infusionem pro generatione per accidens: in tali vero supposito, si primo totius generis humani, sortitur infusionem pro productione quodammodo, quasi per se, pro quanto principia exigunt, quod sint perfecta, quoniam perfecta sunt naturaliter priora imperfectis, ut dicitur 12. Metaph.

Ad hoc dicitur, quod rationabiliter haec scientia in Christo ponitur per acquisitionem, & non per infusionem, tum ex parte scientiae, tum ex parte scientis, tum ex perfectione modi sciendi. Ex parte quidem scientiae, quia acquisitio est talis scientiae generatio per se ( quoniam ipsa illius naturalis generatio est ) infusio autem est talis scientiae generatio per accidens, accidit enim ex miraculo, quo si infundatur generatio autem per se, praestat generationi per accidens. Ex parte vero scientis, quia nobilior est quod seipsum mouet, quam quod ab alio mouetur ( ut dicitur in 8. Physico. ) sciens autem per inventionem seipsum mouet, sciens per infusionem ab extrinseco mouetur, hoc est, reducitur de potentia ad actum. illud ergo est Christo attribuendum. Ex parte autem modi sciendi, quia sicut in Christo fuit scientia beata modo beatorum, & scientia indita modo indita, ita debuit esse scientia acquisita modo acquisita, ut nullus modus sciendi convenire potens Christo illi desineret.

Super